Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus aliquot in libr. de generatione et corruptione - Cod. Ettenheim-Münster 163

Dilingae, 1624

Tractatus de ente immaali

urn:nbn:de:bsz:31-114256

Visual Library

TRACTATVS II

De Ente Immaāli

Post expositionē aliquā Entis in cōi ordo postulat, ut ad quædā Entia in particulari descendatur, sed potissimū est Ens immaāle quod quidē latissime sumi pt, hic tñ à nobis restringitur ad illud, quod māā n̄ exigit sive tāquā subiectū informatis, sive tanquā subiectū inhæsionis, unde excluditur āīa imprimis raōnalis, quæ licet immaālis et sit ordinarié tñ habet ad māām, tan tanquā cum parte aliquā, pro constitutione compositi physici, præterquam quod, quæ de ipsâ et separatim spectata dici queunt alibi passim sint tradita, et plura videre est apud Conimb. post ll. de āīa tractaōe peculiari, excluduntur etiā accidentia spiritualia quæ entitatem habet plane aliquo distinctam â rebus māālibus ut corpore abstracta. licet ēē sed subiectū tñ aliquod, sive māām cui inhæreant requirunt itaqz relinquentur Angeli et DEUS, de quibus nonnulla Philosophica sunt et disputationis, n̄ tm̄ Theologica

Cur āīa ab hoc tract. excludatur?

Cur accidentia spiritualia?

PARS VNICA

De substantijs abstractis.

Obiectū huius partis indicat ipse titulus, videlicet Angelos et DEUM, hæ n. sunt abstractæ penitus â māā substantiæ, cū āīa raōnalis ut diximus saltem ordinem adhuc habeat tanquā pars et incompletū aliquid ex quo et māā unū deinde substantiale

obiectū huius tract. Angeli et DEUS.

compleatur efficitur

SECTIO I

De Angelis ✝

Angelorum noie intelliguntur substantia quædam creatæ completa, spiritualis intellectu prædita, has appellarunt Peripatetici tum substantias separatas et abstractas quia respuunt mãm tum et intelligentias, quarum ita muniunt operis intellectuali, Platonici dæmones dixerunt, sed verum factum est ut iam hanc nomenclaturam non nisi mali angeli habeant, quos aliquando ad distinctiones causa dæmones vocant, Angeli porro nomen ut notat S. Aug. ex prima impositione non est naturæ sed officij, significat enim nuncium, ex eo quod est, inquit, in psal. nom. 103 spiritus est, ex eo, quod agit, angelus est — Quid noie Angelorum intelligatur

Conclus I Dantur angeli in rerum natura hoc certum est ex sacris literis psalm. 8. minuisti eum paulo minus ab angelis Tob. 12. Dan. 10. Matt. 1. Luc. 1. itemque ex unanimi PP. consensu, et traditione fidelium. — Datur angeli in rerum natura.

Notatio I ad comprobandam existentiam Angelorum duo potissimum faciunt unum est, quia videmus ab energumenis multa fieri supra humanas vires, ut cum repente loquuntur varijs linguis, quas constat antea ignorasse, cum item absentia referunt tanquam coram gesta, huiusmodi enim fiunt a substantia aliqua superiori non a Deo proxime a Deo, quia sæpe malos habent fines, adde quod per medicamenta nunquam ad tempus curentur non alia certe de causa, nisi quia tum non sit ita torquere dæmon ob defectum pravorum humorum, quibus alioquin utitur tanquam instrumentis ad animum perturbandum si a Deo essent illæ operationes semper ab eo exerceri possent — Probatur existentia Angelorum 1°

2º obiectio

alterum est, quia a veneficiis ac magis per incantationes et res magicas admotas ea efficiuntur quae superant facultatem substantiae corporeae. Sed tamen adhaerendum est non esse evidens eiusmodi effectus non posse procedere ab animabus separatis, ut Becanus tradit ... et ad summum probari existentia Angelorum malorum quod tamen sufficiens esset cum non natura facti sint mali, sed culpa, neque nihili faciendum est argumentum Peripateticorum ex motu caeli desumptum, quia ut et alibi indicavimus, nihil aliquo naturalis motus genere cietur ab intrinseca vi, nisi ob acquirendam aliquam sui perfectionem, sed caelum quo motu circulari nullam sibi perfectionem acquirit, movetur ergo ob res sublunares ergo movetur ab externo quopiam motore non a Deo, quia is per causas 2as operatur, nec ab alio corpore ergo ab angelo

Angeli producti sunt in mundo corporeo in caelo empyreo.

Notatio 2

Angelos, qui in rerum natura existunt productos esse cum mundo corporeo, et in caelo quidem empyreo iam alibi diximus, et videri etiam queat Molina, Salian. et alii. Probabilior

Angeli non differunt inter se specie contra Thomistas

est opinio DD. non differre singulos inter se specie tametsi possit hoc fieri cum non appareat contradictio imo Thomistae putant de facto ita inter se essentialiter discrepare ut ne per absolutam potentiam Dei possint plures in eadem specie condi potuerint, adeoque si Michael v.g. annihilaretur non posse aliam dari eiusdem speciei, nisi ille ipse Michael reproduceretur, non tamen omnes Angeli eiusdem speciei unius licet hoc asserant e SS. PP. aliqui, sed utrum distinguantur sint tres hierarchiae

an sint novem ordines incertum est, hoc vero certissi-
mum differre specie ab anima rationali, quae est substantia
quaedam incompleta, censentur a hierarchia et or-
dines angelorum (ut id etiam obiter addamus) a S.
Dionysio hac ratione, Hierarchia (quae significat
apud nos sacrum quendam principatum) triplex — Angelorum ordo.
assignatur, suprema, media, infima, sub qualibet
sunt tres chori, seu ordines angelorum in suprema con-
tinentur Seraphini, Cherubini et Throni, in me-
dia Dominationes, Virtutes, et Potestates: In infima
Principatus, Archangeli, et Angeli; pressius videlicet
sumpto cum angelorum nomen generale sit; alij
tamen aliter disponunt ut S. Greg. hom. 34 in Evang.
et S. Bern. l. 5. de consideratione ad Eugenium
quem tamen posteriorem Carthusianus doluisse testatur,
quod a S. Dionysio dissenserit, cum sit eius hac
in re magna omnino auctoritas.

Notatio 3. De numero Angelorum certum — Angelorum numerus inaestimabilis
est esse maximum, et inaestimabilem. Job c. 25.
dicitur Nunquid est numerus militum eius? Daniel.
c. 7. Millia millium ministrabant ei et decies
millies centena millia assistebant ei, ubi S. Greg.
dicit supernorum civium numerus apud S. Job infini-
tus est, et apud Danielem definitus exprimitur
ut qui Deo numerabilis est esse hominibus innume-
rabilis demonstretur; Matt. 26. habemus an
putas quia non possum rogare patrem meum, et exhi-
bebit mihi modo plus quam duodecim legio-
nes angelorum, ubi septuaginta duo millia nu-
merat S. Hieron. et Albert. Magn. legionem unam
pro sex millibus computando, S. Greg. vero dicit
Angelos novem quendam mundum constituere propter

qui nostrum quam longissime in numero excedat, S. Amb. quosdam existimare refert numerum angelorum nonagies nonies maiorem esse omni numero hominum idque ex S. Luca c. 15 confirmari, ubi a Pastore Christo nonaginta novem oves derelictae sunt, ut unica quaeratur: S. Brigitta l. 4. revelat. c. 11: si computarentur, inquit omnes homines, qui nati sunt ab Adam usque ad novissimum, qui nasciturus est in fine Mundi plus quam decem Angeli invenirentur pro unoquoque homine etc. et tamen aliqui non nisi ex infimo ordine custodes hominibus deputarunt, maiorem a[...] numerum superiorum classium fecerunt, unde et colligunt SS. non unum angelum praesidere pluribus successive, sed pro diversis diversos et assignari; Gabriel in 2o sententiarum ita ratiocinatur si tanta multitudo creaturarum corporalium requiritur ut distantiam impleat, quae inter vilissimam creaturam, et hominem omnium creaturarum corporalium nobilissimum intercedit quanto numero opus erit ut repleatur intervallum, quod porrigitur ab infimo Angelo usque ad Jesum Christum? Theologistae aliqui aiunt S. Thomam sensisse plures esse Angelos sideribus caeli, avibus aeris, guttis Oceani, granulis arenae, flosculis terrae plures imo ipsis atomis, et in orbe omnibus individuis, quae sane auctoritates immensum quendam numerum inducunt, et eo etiam maiorem, si tamen accipienda sint de angelis bonis, vide Francis. cum Albertino libello de Angelo Custode c. 3.

angeli immateriales et incorporei

Conclusio 2. Angeli sunt immateriales, et incorporei est communis sententia, contra Caiet.

Notatio 1. Cum sacra scriptura Angelos perraepe Spiritus vocat, docent SS. eo modo hoc nomine

appellari, quo Deus solet, qui utiq[ue] mat[eri]ae è expers,
et hoc ipsum praeter S. Dionysium tradere vr Conc. | pb[atu]r Angelos esse spiritus
Lateranense, accedit quod et perfectio Universi
creaturas quasdam purè spirituales requirat, cumq[ue] prae[ser]
tim liberalitati Dei eiusmodi afferre maxime sit
consentaneum, qui se hoc et modo communicare voluit
adde quod plurimi Angeli possint esse in eodem corpore,
ut Luc. 8. integra legio in unico fuit hoīe, quod item
ingentia spatia celerrimè permeent, cuiusmodi fieri
n[on] posset si angeli haberent corpora. Sed dices Conc. Nicaenum | obiectio
recepit sententiam Joan[n]is ep[iscop]i Thessalonicensis, q[ui] contra
Gentilem disputavit Angelos rectè à nobis in corporí
bus depingi, quia corporei sunt. R[espondeo] Concilium rem recepisse | solutio
n[on] rationem, quam ep[iscop]us ille tanquam fortasse Platonicus
putavit angelos esse corporeos. Dices iterum si Ange | alia
li materiales et corporei n[on] sint, quomodo ergo patiuntur
ab igne infernali Matt. 25. quomodo fugatur per
fumum è iecore piscis Tob. 6.? R[espondeo] divina virtute | solutio
accidere ut patiantur ab igne corporeo et fumo, fit
n. Deus uti igne tanquam instrumento proprias p[er] potentiam
obedientialem ad producendam aliquam qualitatem
in angelis et animabus, quae ipsis molestissima sit, quam
de re fusius theologi, unde etiam Nicolaus Serrarius
in cit. locum Tobiae. Tametsi porro angeli n[on] sint compo | angeli compositi ex essentia et existentia.
siti ex materia et forma, tamen aliis modis compositi dici possunt
puta ex essentia et existentia, ex natura singulari et
personalitate, ex natura specifica et differentia
individuali, ex subiecto et accidente, intelliges a ex
hac immaterialitate substantiae angeli esse quod angeli natura
sua simpliciter sint incorruptibiles, q[uod] corruptibile enim | angeli Physice et Metaphysice incorruptibiles
primus proprie sensu eo solo, quod destruitur p[er] corruptionem
physicam, ubi aliquid remanere debet, si autem

sumatur latius pro eo, quod aliquomodo desinit sive per corruptionem physicam sive per annihilationem sine dubio Angeli sunt corruptibiles, et mortales respectu potentiae divinae, quae sicut ex nihilo produxit, ita in nihilum redigere potest, non autem respectu potentiae creatae, quae sicut non potest creare, ita nec potest annihilare, unde quo angelus et par est ratio de animabus hominum negatur immortalitas aut incorruptibilitas, nisi etiam haec concedatur ex dono gratiae, et non natura sua quomodo intelligi debeant.

Angeli corpora assumere possunt

Notatio 2. Tametsi Angeli sint incorporei, corpora tamen assumere possunt, in quibus appareant, non tantum divina, sed etiam propria virtute, cum mali saepe in turpes fines accipiant, neque esse potest tantum apparentia quaedam in sensu interno ut phrenetici multa se videre putant, cum enim tam indifferenter multis apparerent, quod de Angelo Tobiae legitur, haec autem corpora assumpta videntur esse aerea per condensationem et admixtionem vaporum imo aliqui a malis genijs cadavera indui testatur Carthusianus, ubi tamen haud est assumptio per veram informationem, neque per unionem hypostaticam, sed per unionem quandam seu coniunctionem accidentalem, ad quam Becanus l. c. q. 10. tria requirit 1° ut angeli substantialiter existant in corporibus assumptis, 2° ut existant in illis sicut Motores in mobili. 3° ut utantur illis tamquam instrumentis ad se manifestandos, cuius quidem conditionis defectu ait non fuisse assumptionem proprie dictam cum diabolus ad decipiendam Evam serpentem ingressus est aut cum de facto obsidet energumenos, cum item mota est ad loquendum lingua asinae Balaam,

mitica aut cum caelestes orbes cientur cum huiusmodi enim assumptiones non fiunt ab angelis ad se manifestandos, sed ob alios quosdam fines, sed ponne assumere censetur diabolus corpus ex aere v.g. cum apparet habitu, et voce prorsus aliena, puta in specie Christi, vel alicuius Sancti? hoc certum quod in corporibus assumptis nequeant angeli exercere opera proprie vitalia, sed vitalibus dumtaxat similes, unde Tobiae 12 Raphael ait videbar quidem vobiscum manducare et bibere cum ab Bellarm. docet l. 1. de sacram. c. 24. angelos non posse conficere sacramentum, quia non possunt proprie, vitaliterque proferre formam sacramentalem. NB

Notatio 3 Cum angeli assumunt corpora tum illa possunt utique esse in loco ab Arle 4 Phys. descripto, prout is dicit nimirum superficiem corporis continentis, alias angeli dicuntur esse communiter in loco definitive indivisibiliter, toti in toto, et toti in qualibet parte, qui quidem est locus sive ubi intrinsecum angelorum in entitate sua spirituale, sed tamen in ordine locum divisibile, et virtualiter quasi maale, fundamentum relationis, propinquitatis, vel distantiae in angelo ut docet Suar. et alii; non sunt autem angeli semper in aequali loco intrinseco, sed possunt esse modo in maiori, modo in minori habent tamen terminum suae magnitudinis, alioquin essent immensi, quoad parvitatem autem semper possunt minorem ac minorem locum occupare usque ad punctualem et indivisibilem: in pluribus locis adaequatis et totalibus, vel inadaequatis et partialibus discontiguis esse non possunt, essentia enim ipsorum non est nisi semel naturaliter, locus autem adaequatus et totalis debet

Cum angeli assumunt corpora possunt illa esse in loco.

Angeli possunt esse modo in maiori, modo in minori loco.

qui maximus est inter eos, in quibus se naali virtute constituere queunt et est v. g. instar civitatis, vel forte et instar provinciae respectu nullorum, in adaequatus et partialis dr, qui minor est, quam sic adaequatus, ut si coexistant spatio bipedali, in huiusmodi a multis inadaequatis locis si contigui sine haud dubie collocari pnt. A S. Th. dnr angeli esse in loco per contactum virtualem, seu p operationem, quam late sumunt, pro quacumque unitione, qua se rei alicui corporeae coniungunt praesidendo, continendo, quocumque modo transmutando vel forte S. Doct. in loco esse dixit p operationem quia cum proprie n sint in loco ab Aristotele definito p operationem tamen in loco esse cognoscuntur. Caeterum in eodem spatio pnt esse simul plures angeli ut tradit Mel. Scot. Valq. 1a p. q. 52. a. 3. carent n. quantitate, proindeque se mutuo n excludunt, itemque pnt esse simul cum aliquo corpore simul cum alio angelo, nec tamen inde sequetur unum angelum illabi alteri, nam per illapsum vel intelligitur tm coexistentia, et praesentia quaedam in eodem spatio, quod absurdum n est, vel intelligitur quod illud, quod illabitur alteri conferret in esse id, cui illabitur, quod non sequitur ex dictis, interim probabiliter aliqui putant de facto nunquam esse plures angelos simul in uno et eodem loco, cuius rei rationem putat S. Th. quia alioquin sequeretur confusio operationum; multi daemones in obsessis pnt esse in diversis partibus, ut particularis n advertentibus

Notatio 4.

Ratione corporum assumptorum pnt moveri angeli circumscriptive, alias ita moveri n pnt, quo sensu motum ipsis negavit S. Aug. de Gen. ad litteram, sed si motus circumscriptivus separatur pnt per se moveri tam continuo motu, quam discreto,

pnt esse plures angeli in eodem spatio

De motu angelorum

de continuo facile intelligi pt, cum possit continue et hanc et illam partem medij occupare ab Orien te v.g. in Occasum. Solum difficultatem aliquam faciunt illi, qui posita existentia Angeli in puncto vel indivisi bili universim negant posse indivisibile moveri, sed probabilius est etiam indivisibile separatum move ri localiter posse, ut alibi diximus; de discreto motu probari pt, quia hoc magnam continet perfectionem Ange lorum, nec apparet aliqua repugnantia, quomodo etiam in multis alijs argumentari solemus, ut cum agit de per fectionibus Christi et B. Virginis, quod haec v.g. conce pta sit sine originali, quod ab initio conceptionis usum rationis habuerit, deinde cum Angelus non sit in loco commen surative non sequitur et conditiones, et quasi quantitatis leges, et loci, juxta quas prius occupari debet una pars, quam altera, sed sit totum locum simul deserere et aliud sit distantem simul acquirere, adde quod pariter do cere soleat de corporibus beatorum, posse videlicet transire ab extremo ad extremum sine medio, ut ex S. Aug. mi colligi in l. de cognitione vera vitae c. 38 et alibi, ubi tradit beatum aliquem tam cito posse transire hinc v.g. Romam, quam cito sit animus hoc exequi cogitatione, seu animus pt id subito facere nihil cogitando de medio etc. Sed dices non pt fieri *Obiectio*
transitus a tempore praeterito in futurum, nisi per praesens, ergo nec a loco in locum, nisi per medium. Resp. si ar *Solutio*
gumentum imprimis aliquid concluderet tum probaret etiam nec per divinam potentiam posse quempiam ita mo veri, quod tamen nec adversarij concedunt, aiunt enim aliqui de facto Christum ita positum fuisse in consecratione speciebus panis et vini, deinde negatur consequentia quia in illo quod de tempore dicitur involvitur id quod heri accidit [illegible] temporis, quod inter hesternum

num et crastinum interfuit dies, si quis n. per
diem intercedentem annihilatus post modo restitueret
n. procederet argumentao, sed in nro casu n. suppo-
nitur, quod mobile in oi medio loco existat, adeoq.
n. est par rao. Caeterum quaeri sit quomodo Ange-
lus in motu illo discreto desinat esse in tio a quo,
et incipiat esse in tio ad quem? R. distinq. esse in-
stantia nri temporis ab instantibus Angelicis,
haec n. tametsi sint formaliter indivisibilia, sunt
tn. divisibilia virtualiter et pnt coexistere nro
tempori, sic duae intellectiones vel volitiones, quarum
utraq. libere continuata fuerit p horam
dn. duo instantia angelica, quae sibi immediate pnt
succedere, igr. in motu discreto qui capta S. Th.
conflatur ex tio a quo, et ad quem angelus desinit
esse in tio a quo intrinsece, et incipit esse in tio
ad quem et intrinsece si loquamur de instantibus An-
gelicis, si vero loquamur de instantibus nri
temporis tu desinet extrinsece et incipiet intrinse-
ce, vel e contra, prout instantia nri temporis
cum instantibus angelicis varie comparantur, unde
porro Angeli n. tm. seipsos, hac raoe n. transito me-
dio ab extremo ad extremum transferre poe, verum et
quantum est ex se alia quaedam ut animas et imo
et corpora, nisi in his peculiare aliquid ob-
stet ut si exinde vacuum fieret @

In Angelis est Itus et Voltas

Conclus 3 In Angelis est Itus et Voltas actus intelligendi, et volendi, quod clarum est, cum sint creaturae intellectuales

Angeli cognoscunt se

Notatio 1 Angeli (quod et de anima separata intelligere tenear) cognoscunt se ut alibi

quoque diximus per suam substantiam, non autem per speciem intelligibilem, sicut et Deum, si enim nos ex effectibus sensibilibus possumus devenire in cognitionem Dei, multo magis devenire poterant Angeli per suam substantiam, quae similior est Deo, reliqua vero cognoscunt per species, sed has non accipiunt à rebus, fieret enim id vel rebus immediatè producentibus in illum suî speciem vel ipse angelus mediante intellectu agente produceret talem speciem, prius autem fieri non potest, quia saepe illae res sunt materiales, adeoque intellectui improportionatae nec etiam posterius, quia intellectus agens non abstrahit immediatè species à rebus, sed à phantasmatibus, cujusmodi tamen non habent angeli, accipiunt igitur species à Deo sibi inditas in instanti creationis, quae sunt qualitates et passiones quaedam angelorum connaturales, naturâ videlicet ita exigente, angeli autem perfectiores intelligunt per species magis universales, adeoque in modo cognoscendi hac aliquâ ratione magis ad Deum accedunt, quod si dicas sic posse tandem venire ad angelum quempiam, qui omnia cognoscat per unam speciem, et consequenter illo non posse dari perfectiorem. Respondeo si crearetur Angelus perfectior, tunc intellecturum per unam speciem omnia, quae prior angelus intellexit, et insuper etiam priorem Angelum, alterum vero, qui prius habuit unam speciem, quâ omnia cognovit habiturum etiam aliam quandam, quâ intelligat angelum superiorem, alii dicunt posse unum angelum cognoscere alterum per substantiam cogniti si is cognoscenti intimè sit praesens, sed cum obiectum concurrere debeat efficienter ad intellectionem, vel mediatè

vel immediaté cum substia cogniti, vel concurre-
ret et immediaté vel mediaté, non a. immediaté
cum substantia immediaté non sit activa ma-
ximé transeunter, nec mediaté cum pōa accidentalia,
quæ sunt in Angelo puta Ituis, voluntas, loco
motiva non sint idonea ad causandam in altero
cognitionem. Vtrum a. Angelus seipsum semper co-
gnoscat controvertunt DD, S. Th. q. 8. de Verit.
a. 14. ad 6. affirmat et Bec. c. 1. q. 7. pro-
babile putat non poe cessare â cognitione sui,
cum Angeli debeant habere aliquam semper actio-
nem vitalem, atq nulla magis naturalis et pro-
portionata, quam suiipsius cognitio per obiectum
maxime pr̄p et connatale, quod et præstantissi-
mum est. Ita ea, quæ Angeli comprehensivé
cognoscunt. Res natales creatas existentes cognoscunt
angeli certó, et et futura quædam, quæ habent
causas necessarias ut Eclypses lunares ac solares sup-
posito semper quod DEUS non ob finem aliquem
velit impedire; affectiones et cogitationes liberas
non cognoscunt ut est cõis sententia, imo SS.
PP. quos affert Vasq. 1a p. d. 209 dicunt
Christum vare demonstrasse se DEUM esse, cum
Matth. 9 eiusmodi cogitationes vidit, porro
non cognoscunt Angeli discurrendo, componen-
do, et dividendo ut docetur ex S. Dionys. c. 7.
de Divinis nominibus cum sit imperfectio quædam
quæ sine necessitate non est attribuenda tam
nobilibus substantijs.

Notatio 2a. Cognitiones suas, et affectiones possunt angeli sibi mutuo manifestare, adeoque inter se loqui. Dur suo modo, quatenus aperiunt conceptus internos, et affectus voluntatis, non quasi loquens imprimat speciem intelligibilem intellectui audientis, ut Scot. putat, sed ex communiori sententia per solum conceptum, absque alia quadam efficientia physica, ita ut cum v.g. vult Michael Gabrielem cognoscere suas cogitationes statim eo ipso Gabriel cognoscat, et Michaelis volitio sit tamen conditio aliqua requisita, huiusmodi a locutio potest fieri in quacunque distantia, ac proinde potest angelus, qui in terrâ existit manifestare conceptum suum alteri angelo existenti in caelo, potest item loqui cum alio ut intermedius nihil audiat ut patet. Eodem vero modo homines loqui possunt Angelis, suos videlicet conceptus et affectiones illis aperiendo per voluntatem, ad Deum vero possunt angeli dirigere cogitationes, et desideria sua, non ut illi fiant manifesta, quippe cui nihil occultum, sed ut ab eo impetrent, ut eum laudent, et admirentur. Et alia multa de cognitione Angelorum sunt fere theologica, proinde ut tempori parcamus qui de Angelis plura scire cupit, eum remittimus ad theologos, et quidem merito, horum n. negotium est tractare de illis.

SECTIO IIa.

De Deo Opt. Max.

Sicut in tabula quapiam Geographica Urbes, imo et provincias maximas parvo quodam spatio valdeque indistincto delineamus, ita etiam fit cum de Deo Opt Max cogitamus in hac vita, quem obscure duntaxat cognoscimus iuxta illud ad Corinth. 1a c. 13. videmus nunc per speculum in aenigmate et hic tamen aliqua pro qualiquali cognitione Dei delibanda sunt sit Sigr.

Deus est et quidem unicus.

Conclusio I

Deus est, et quidem Unicus, ita docet non sola fides Catholica, verum et lumen naturae.

Probatur esse Deum

Notatio I

Esse Deum praeter sanctarum scripturarum et Ecclesiae auctoritatem probari potest ex hoc quod oculis nostris subiectum est Deo non est in possibile tamen opus vel ab alio gubernari primario vel ab alio effectum esse, quam a Deo, cuius quidem nomine summum quid, et excellentissimum concipimus, huc pertinent rationes eae, quas affert et eleganter applicat Leonard less. l. peculiari de numine et eius providentia, sunt a. ista ex omnium Gentium et Sapientum Confessione, ex motu corporum caelestium, ex eo quod res corporeae et aspectabiles a seipsis esse non possunt ex rerum pulchritudine et structura partium respectu universi et totius, ex structura partium Mundi in ordine ad finem, ex structura partium in animalibus ac plantis in ordine item ad finem ex eo quod omnium operationes ad fines ordinatissime tendant, ex vultuum et vocum in hominibus diversitate, et perpetuitate Mundi, ex frequentibus, variisque miraculis,

Rationes quibus probatur Deum

ex praedictionibus varijs et occultorum revelatione
ex spiritibus, sive Intelligentijs, ex directione mo-
tus aequitas humana ex animae rationalis immor-
talitate ex varijs divinae severitatis et benigni-
tatis exemplis ex paenis, quae blasphemis, sacrile-
gis ac perjuris [illegible] repente et invisibiliter irro-
gantur, hinc S. Paul. ad Rom. 1° DEUS enim illis ma-
nifestavit inquit invisibilia enim ipsius à creatura
mundi per ea, quae facta sunt intellecta conspici-
untur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas,
ita ut sint inexcusabiles; His porro strictim et obiter
enumeratis quamvis per se notum sit simpliciter DEUM
esse simpliciter nos tamen ut sumus viatores addi potest
ad demonstrationem eiusmodi ratio Ens quod ab omni
alio est independens est DEUS, sed datur tale Ens
ergo Consequens maior patet quia Ens independens ab alio — alio ratio, quae verum cum sit
non potest esse creatura ut vel ipsa creaturae ratio
indicat ergo est DEUS cum dici nequeat aliquid esse
Ens reale, et non esse vel Creatum vel Increatum
alioquin vel creaturam, vel DEUM, sicut nec dici
potest aliquid esse animal, et non esse, vel ra-
tionale vel irrationale, minor autem probatur, quia
implicat ut tota rerum omnium et causarum effici-
entium collectio existat et operetur dependenter
ab alio, debet ergo esse Ens aliquod, praeter illam
rerum collectionem, quod sit ab alio independens,
dens, ante probatur nam si tota collectio depen-
det ab alio, tamen praeter omnia Entia dabitur
adhuc aliud à quo illa dependeant, alioquin non

erunt acceptae oia Entia, vel sic essent oia Entia et n essent oia, nec dici sit poe dependere a seipso, nihil n. producere sit a seipso qo efficienter dependere quod n. producit prius esse debet quam quod producitur, et ab alio sit realiter distinctum. Hinc a. pariter intelligitur quod DEUS existat actu, et quidem necessario et essentialiter, nam DEUS talitur est Ens n factum, sive independens qo necio et essitier existit actu, Ens n. quod â nullo fieri sit n sit n esse, si namq ponamus aliqn n fuisse fie, ri debuisset ut esset, sed nec ab alio fieri po, tuisset, alioq non esset DEUS, sed aliquid creatum, neq tâ se ut ex dictis sitt qo vel nunquam existit quod dici n sit vel necessario, et essiter existit actu.

Notatio 2

DEUS, qui est tunc personaliter, quod fides docet esse et necio unus sm essentiam sic ostendi sit, quia quod est essentialiter singulare tm id non sit multiplicari numero, sed necio est unus tm, atq DEUS est essentialiter singularis qo n sit numero multiplicari, sed necessario erit unus tm sibi maior, singulare et hoc numero non sit esse aliud numero, et haec duo sunt idem quod a. est essentialiter hoc numero utiq aliud esse n sit quia si de essentia hois foret ut esset hic numero homo v. g: socrates, tum eo ipso quod aliquis n esset Socrates n esset etiam homo, sicut cum de essentia hois sit esse rationalem eo ipso quod aliquid n sit raonale impossibile

est esse hominem, Deum vero essentialiter esse singu-
larem, et hunc numero sibi, quia essentialiter ei
competit existentia actualis, q° essentialiter est hic
numero, sive singularis, cum nihil existere possit ni-
si singulare, et ideo tum creaturae numero multipli-
cari queant, quia singularitas et existentia accid-
taliter illis conveniunt, et contingenter dicuntur.

Conclus. 2. In Deo est summa perfe-
ctio, summa simplicitas, infinitas, et immensi-
tas, immutabilitas et aeternitas, quae fere instar
modorum aut conditionum generalium circa divinam
essentiam eiusque attributa considerari possunt, ut Less.
advertit in praefat. de perfectionib. divinis.

Notatio 1. Perfectio Dei est summa
non tantum privative, ut appellant, sed etiam negative,
i. non tantum nulla ipsi deest perfectio debita, ve-
rum et nulla deest simpliciter perfectio, sibi
a priori, quia Deus est ens unicum independens ab
alio, et simplicissimum, adeoque omnem habet perfectio-
nem sibi debitam, esse enim alius nec destitui sit,
ut pote unicum nec et minui queat simplicissi-
mum; sibi posterius, quia omnis perfectio possi-
bilis vel est Creata, vel Increata, si Increata,
est Deus, si Creata necessario pendet ab Ente Incre-
ato, proindeque necessario in ipso est aliquo modo, omnis
namque perfectio effectus necessario praesupponitur
in sua causa, vel formaliter, vel eminenter,
unde non solum omnis perfectio creata actualis,
sed etiam possibilis est in Deo, possibilis enim nulla est
nisi quatenus ab ipso procedere potest. Caeterum habet

Deus perfectiones dupliciter formaliter scilicet
et eminenter, formaliter dicitur habere illas
perfectiones creaturarum quae cum ipsius entita
te sunt compossibiles, et appellantur a Theologis
perfectiones simpliciter simplices, utpote quae nullam
dicant imperfectionem, nec repugnant alteri
maiori aut aequali perfectioni, et quas absolute me
lius est habere, quam non habere, eiusmodi sunt bonitas
Dei, sapientia, libertas etc. reliquas vero quae sunt secundum
perfectiones secundum quid habet Deus eminenter duntaxat
ut esse corporeum etc. habet enim perfectionem
nobiliorem quae inferiores virtute contineat, quâ qui
dem potest easdem in rebus secundum quid perfectis con
stituere. Ex summâ porro perfectione Dei colli
gitur et quod Deus sit substantia quaedam vivens
et libera, et felicissima etc. quod enim sit substantia
patet quia ens simpliciter primum et perfectissimum est
substantia et non accidens cum hoc sit entis ens, et
imperfectum quid ac posterius dependens vide
licet a substantia; quod autem vivat Deus etiam
patet, quia vita est perfectio simpliciter simplex
cum absolute sit melior ipsa quam non ipsa, nec
aliquam in Deo imperfectionem importet, item quia
omnis substantia intellectiva est vivens, Deus autem utique
est intellectivus, quomodo enim alias mundum
producere et gubernare posset? adde quod fieri
nequeat ut totus omnino gradus viventis substantiae
eminenter contineatur in aliquo quod non sit
vivens formaliter, cum tamen in Deo tanquam in causa

efficiente principali comprehendatur totus ordo gradus substantiae viventis et valde perfectae; quod denique Deus sit liber et felicissimus, clarum est, tum quia libertas est magna perfectio et simpliciter simplex, tum quia mundum libere produxit, quem potuisset citius aut tardius producere aut omnino non efficere, tum quia non indiget rei alterius, sed bonum suum possidet absque externi alicuius copiâ, ipseque sibi sufficientissimus est iuxta illud Davidis psalm. 15. Bonorum meorum non eges.

Notatio 2.

Summa simplicitas Dei colligitur ex negatione compositionis proprie dictae, non est enim in Deo compositio, neque ex materia et forma, quia incorporeus est, neque ex partibus integrantibus ob eandem causam, neque ex genere et differentiâ, quia cum sit essentialiter singularis nihil est in eo univocum, praeterquam quod genus, ac differentia sint aliquid finitum, et in praedicamento quopiam constitutum, prout est communis philosophorum opinio, neque ex substantia et accidente, quidquid enim est in Deo, non est aliquid realiter aut modaliter ab ipsius substantia diversum, proindeque ad nullam accidentis categoriam spectare sit, et si realis aliqua compositio in Deo esset sequeretur inesse aliquid imperfectionis Deo adeoque quod non esset Deus, ac consequenter effectum vel a Deo, vel ab alio, quod dici non potest, Deus enim hac ratione vel non esset primum Ens, vel non esset simpliciter perfectissimus, sed conflatus ex actu et potentia imperfecta, ut pote Ens in potentia ad perfectionem ex natura rei à se diversam. Porro cum datur aliqua compositio in Deo, quae sit ex essentiâ, et existentiâ, itemque ex natura et personalitate est tamen compositio improprie dicta, et rationis ratione, licet interim personalitates realiter

inter se discreparent, quam quidem distinctionem credibilem facit Infinitas DEI, qui sub ratione hypostasis sit esse trinus, sub ratione autem essentiae tamen unus, quod mysterium una fidei, non a philosopho pertractandum.

Notatio 3 Deo convenit et ut diximus Infinitas, et Immensitas, nam Infinitas in essentia est perfectio simpliciter simplex, est vero haec infinitas iuxta nostrum modum concipiendi negativum aliquid sed fundamentaliter tamen positivum quoque, videlicet formalis et eminentialis continentia perfectionum omnium, quae sunt excogitabiles. Jam et Immensitas est, quia certo quodam praesentiae termino concludi est imperfectio, DEUS autem respuit omnem imperfectionem, adeoque est ens simpliciter perfectissimum quod non admittit certum praesentiae terminum quia et immensus est, nec terris videlicet nec caelo contentus, adde quod DEUS sit et immutabilis, ut mox dicetur hinc quoque Immensus, nam ideo creatura non est immensa quod ex ratione sua possit habere modum aliquem praesentiae, quem ante non habuit, sive quod sit mutabilis in praesentias, DEUS autem est immutabilis etc. Sed dices passim Scriptura testatur DEUM esse in caelo ut in psalmis, Caelum caeli Domino, Terram autem dedit filijs hominum, caelum mihi sedes, pater noster qui es in caelis etc. quoque DEUS hoc quasi caelesti spatio continetur, verum neque quasi ab alijs locis ac spatijs excluditur sed per huiusmodi scripturae dicta tantum indicatur DEUM esse in caelo singulari quadam ratione, quia videlicet ibi se clare videndum exhibet, caelestibus suis per lumen gloriae, adeoque nihil obstat, quominus toti mundo sit praesens, imo etiam in spatijs

imaginarijs extra mundum.

Notatio 4 Immutabilitas et Aeternitas
Dei sic fere ostendi potest, immutabilitas quidem
quia mutatio est signum imperfectionis, cum per illam
tendatur ad perfectionem aliquam secundum quod
qua id quod mutatur caruit, Deus autem omnem suam per-
fectionem ita semper possedit ut in eo nulla possit esse
imperfectio adeoque nec mutatio, quod si Deus esset mu-
tabilis tunc posset mutari vel accidentaliter vel sub-
stantialiter, neutrum dici potest ergo non accidentaliter quia
Deus est simplicissimus, cui non potest addi accidens ali-
quod intrinsecum, non etiam substantialiter, quia tota
substantia Dei est ens a se necessarium, Dices: Verbum divinum
cum assumpsit humanam naturam hypostatice fuisse
mutatum ergo non est immutabilis. Resp. unionem hyposta-
ticam non existere in divinitate intrinsece sed ad
illam extrinsece terminari quam de re plura theo-
logi: neque mutatur etiam Deus per determinationem
liberam ad aliquid efficiendum, quod potest non facere
si vellet neque ex eo, quod multa agere incipiat,
quae antea non egit, neque item, quod hodie cognoscat
aliquid futurum quod cras praeteritum cognoscet
nam haec et huiusmodi non dicunt aliquam muta-
tionem intrinsecam Deo, sed terminis, puta liberae
determinationis, actionis et cognitionis cum cuiusmo-
di sunt creaturae, quare cum etiam aliquando audimus
irasci Deum, aut poenitere cum accipienda sunt
metaphorice, quod talia videlicet agat Deus, qua-
lia irati, et poenitentes solent. Aeternitas sic bre-
viter exhibetur, quia quod simpliciter necessa-
rio existit est aeternum, sed Deus ita existit
ergo etiam item quod est immutabile, sive quod se habet

ut nunc acquirere nequeat perfectionem intrinsecam sibi debitam, quam ante non obtinuerit, atque num est sed Deus vita se habet etc.

Conclusio 3 In Deo est Scientia, Voluntas, solum quae sub nostrum modum concipiendi habent se instar qualitatum absolutarum, ut tradit Citatus Less.

Notatio I. Scientia Dei est certissima et infallibilis, ac simpliciter simplex perfectio, semperque in actu secundo, ne Deum mutari posse dicamus, haec versatur imprimis circa obiectum primarium perfectissimam, puta circa ipsum Deum, sua enim scientia Deus seipsum infinitus infinitum, infinite et comprehensive cognoscit cum alias nulla creatura possit Deum comprehendere sive cognoscere quantum cognoscibilis est, ut tradunt Theologi, secundario autem cognoscit Deus res omnes et quaelibet sunt possibiles, et futura contingentia, nec absolute duntaxat, sed et conditionate v.g. quid futurum esset si homo quispiam in tali vel tali statu, cum his, vel illis circumstantiis poneretur etc. Unde Theologi ratione obiectorum diversorum diversas etiam scientias statuunt, una dicitur Scientia simplicis Intelligentiae, qua Deus res pure possibiles, et nunquam extituras cognoscit, speculative quidem et necessario alia dicitur scientia Approbationis, qua coniuncta est cum voluntate efficiendi quae sunt ex infinitis rebus possibilibus libere electa, adeoque est practica et libera, cum nihil necessario ad extra efficiat Deus, sicut ad intra necessario Pater producat Filium etc. Alia est Scientia visionis, qua Deus res omnes sive praeterito, sive praesenti, sive futuro

tempore existentes intuitive, velut sibi praesentes videt, sine illos eficiat, ut bona omnia, sive non eficiat ut ita formaliter accepta, haec scientia est libera simpliciter, tametsi ex hypothesi rei futurae sit necessaria, est item speculativa, quia res quoniam esse supponit, illisque quasi posterior est non enim quia videt DEUS aliquid futurum, ideo est futurum, sed quia futurum est, ideo videt futurum. Mol. cum plurimis Theologorum scientiam quandam mediam adducit, quae et condicionata appellatur, hac novit DEUS quid eventurum esset si hoc vel illud poneretur v. g. quid homines vel Angeli pro sua libertate facturi essent si cum his vel illis condicionibus et circumstantiis in hoc vel illo rerum ordine collocarentur ubi a. ex Luc. c. 10. ubi dicitur Vae tibi Corozain vae tibi Betsaida, quia si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis olim in cilicio et cinere sedentes paeniterent, item ex illo primi Regum 23 ubi cum David consuluisset DEUM quid futurum esset si in Ceila permaneret utrum tradendus Sauli a Ceilanis responsum accepit omnino tradendum, proindeque urbe egressus salutem invenit, scivit igitur DEUS Tyrios et Sidonios usque fot miraculis ad paenitentiam venturos scivit item Davidem si in Ceila remaneret Sauli inimico tradendum positis scilicet condicionibus. Sed cum omnia sciat DEUS quaeres cur dixerit Aliquos DEUM quaedam non cognoscere, ne vilescat eius intellectus? Suar. d. 30 Met. s. 16. putat philosophum negare tantummodo DEUM habere scientiam et providentiam tam specialem de minimis

et vilissimis rebus cum tanto amore conviuncta v. g. de muscis, pulicibus, quam habet de hoie, quo sensu et S. Paul. dixerit 1a ad Cor. 9. num quidde bobus cura est Deo?

Notatio 2. Voluntas quæ est in Deo cum sit perfectio simpliciter simplex, et taliquod appetitus sequatur cognitionem sicut in rebus creatis varie dividitur a Theologis, alia n. dicitur beneplaciti, et est internus actus divinæ voluntatis, quo aliquid vult, alia a. dicitur signi quæ non est actus internus, sed externum signum divinæ voluntatis quo significat se aliquid velle cujusmodi a. signa quinque numerantur, nimirum præceptum, prohibitio, permissio, consilium, operatio, unde versiculus

Præcipit ac prohibet permittit consulit implet quanquam a. per hæc signa DEUS semper aliquid se velle significet non tamen significat se id velle, quod primo quasi aspectu occurrerit, pro exemplo afferunt præceptum Abrahamo datum, eo n. significabat Deus se velle ut esset obediens et expeditus ad filium suum Isaacum immolandum non tamen ut re ipsa immolaret alia Voluntas Dei appellatur absoluta, quæ videlicet semper impletur, ideoque et efficax dicitur, Esther 13. non est qui tuæ possit resistere Voluntati, alia est Voluntas conditionata hæc non semper impletur, et ideo inefficax dicitur, sic vult DEUS omnes salvari: alia quædam Voluntas Antecedens vocatur, et alia Consequens Voluntate Antecedente iuxta S. Th. vult Deus aliquid secundum se, non habita ratione circumstantiarum, quo modo vult

omnes homines salvos fieri, voluntate a. Consequente vult aliquid non secundum se, sed habitâ ratione circumstantiarum, cuius contrarium vellet si non adessent eiusmodi circumstantiae, sic vult Deus aliquos damnare habitâ ratione peccatorum, quae si non essent non vellet damnare, sed potius salvare, similiter Mercator quispiam vult omnes merces suas esse salvas voluntate antecedente, consequente verò vult eas in mare spargere habitâ scilicet ratione periculi in quo versatur, cum naufragium instat, item iudex aliquis vult omnes cives suos incolumes, si tamen et scelera quorundam spectet vult et quosdam supplicijs affici; Voluntatem porrò Antecedentem et Consequentem aliter et accipiunt Doctores. Antecedentem nominant quâ Deus vult quidquid ex suâ propriâ et primariâ propensione, sive bonitate prosequitur efficaciter, vel inefficaciter, ut salutem non Electorum duntaxat, sed et reproborum; Consequentem dicunt quâ Deus vult, quae à primariâ benignitatis inclinatione quodammodo aliena sunt, ut punire flagitia, et haec etiam secundaria vocatur, illa a. primaria. Caeterum Deus se et suam bonitatem vult quoad specificationem necessario, et quoad exercitium amando non se producit Spiritum Sanctum, qui est verus Deus et ens simpliciter necessarium, adeoque et amor sui in Deo est simpliciter necessarius; vult item necessario voluntate quadam simplicis complacentiae creaturas secundum esse possibile et bonitatem possibilem, voluntate a. efficaci liberè vult creaturas secundum esse actuale, bonitatemque actualem non libertate quidem quoad specificationem, cum nequeat eas odisse, sed quoad exercitium, liberè non eas efficit, et servat, actus a. voluntatis divinae in re est ipsa,

Substantia divina, quod idem et dicendum est de Intellectu, terminari a. Et absque ullâ mutatione ad varia obiecta &c.

Notatio 3 Potentia Dei est Infinita, quae et est perfectio simpliciter simplex, et autem triplex considerari, una ad actus Immanentes essentiales ut sunt intellectio Volitio &c altera ad actus internos notionales seu personales, ut sunt generatio et spiratio, et denique ad actus externos, quomodocunque igitur spectatur, semper potentia Dei erit infinita, nam prioribus duobus modis habet actus infinitos actu realiter, nam idem sunt cum substantiâ divinâ, postremo autem modo et est infinita, est enim in re ipse Deus, et et efficere quidquid non implicat contradictionem distinguitur autem eiusmodi fere potentia Dei ab Intellectu et Voluntate divinâ per rationem nostram, nam fundamentum ipsius est propter potentiam speculativam in rebus creatis realiter discrepantem, omnipotentia igitur Dei erit ut immediatum principium efficiendi intellectus autem et voluntas erunt ut mediata, et haec quidem habet se per modum applicantis potentiam, illa vero per modum dirigentis. Porro consectaria quaedam divinae omnipotentiae deducit Less. l. 5. de perf. divinis, c. 2. cum enim possit Deus absolute facere quidquid non implicat contradictionem, et alios mundos maiores longe et perfectiores producere, quam quidem in re mirabilem omnino varietatem conspicere licet: interim sunt aliqua quae in quodam genere non possunt fieri meliora docet S. Th. 1 p. q. 25. a. 6. ad quartum ubi sic habet: dicendum quod humanitas Christi ex hoc, quod est unita Deo et beatitudo

creatæ ex hoc quod est finitio Dei et beata Virgo ex hoc quod est Mater Dei habent quandam dignitatem infinitam ex bono Infinito, quod est Deus, et ex hac parte non potest aliquid fieri melius eis, sicut non potest aliquid melius esse Deo. Atque hæc ad gloriam maiorem JESV MARIÆ JOSEPH quorum sacris auspicijs ut cœpimus philosophiam ita nunc finimus, et JESV æternæ sapientiæ Metaphysicam, Mariæ naturæ miraculo Physicam, Josepho utriusque admi nistro Logicam Lubentes volentes consecramus.

21 Juny

1629.